

SCRIPTA

Numéro Scripta : 4984

Auteur(s) : Hugues le Picart, de Léry [particulier]

Bénéficiaire(s) : Simon le Clerc, de Pont-de-l'Arche [particulier]

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1282, 28 octobre

Action juridique : vente

Langue du texte : latin

Analyse

Hugues le Picart vend à Simon le Clerc, du Pont-de-l'Arche, 10 sous de rente sur une pièce de terre en la garenne de Léry.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Andrieux Jules, *Cartulaire de l'abbaye royale de Notre-Dame de Bon-Port de l'ordre de Cîteaux au diocèse d'Évreux*, Évreux, Hérissé, 1862, n° CCCXX, p. 330-331.

Texte établi d'après a

Noverint universi, presentes et futuri, quod ego Hugo dictus Le Picart, de parrochia de Leri, vendidi, concessi et omnino dereliqui Symoni Clerico, de Ponte Arche, pro sexaginta et quin..... turonensium, de quibus me teneo pro pagato, decem solidos turonensium annui redditus, de quibus..... debebat mihi quinque solidos turonensium annui redditus ad festum..... situs super quadam pechiam terre sittam in guarenia, inter terram heredum Hugonissonis, ex una parte, et boterias terrarum magistri Guillelmi dicti Danois, Johannis de Hondouvilla et Johannis Le Cras, ex altera, sittos eciam predictos quinque solidos super quadam aliam [pechiam] terre, sittam inter terram Ricardi dicti Le Sesne, ex una parte, et terram Galteri dicti..... ex altera, de quibus eciam predictis decem solidis Henricus dictus Letelier debebat michi quatuor solidos turonensium annuatim ad festum supradictum, sittos super quadam pechiam terre sittam in guarenna, inter terram Guillelmi Godefroy, ex una parte, et terram Johannis Le Cras, ex altera. Et eciam de quibus decem solidis supradictis Nicholaus Godefroi debebat michi duodecim denarios turonensium annui redditus ad eundem festum supradictum, sittos super quadam pechiam terre, sittam inter terram Colini Buglart, ex una parte, et terram Roberti Bourgois, ex altera, et poterunt predictus Symon et heredes..... plenariam exercere justiciam supra omnes predictas pechias terre, si predicti Guillelmus Le Carpentier, Henricus Letelier et Nicholaus Godefroy, vel heredes eorundem defecerint in solvendo predicto Symoni vel heredibus suis predictum redditum ad terminum supradictum : tenendum et habendum predictum redditum et jure hereditario possidendum predicto Symoni et heredibus suis, bene, pacifice et quiete, et absque ulla mei vel meorum reclamacione heredum. Licebit autem de cetero predicto Symoni et heredibus suis..... omnem suam penitus facere voluntatem sicut de suo proprio here..... cum omni jure alieno. Et ego predictus Hugo et heredes mei..... heredibus suis predictum redditum contra omnes garantizare et deffendere tenemur, vel alibi, si necesse fuerit, in nostro proprio valore ad valorem excambiare tenemur et in futuris tenebimur. Et quod hoc ratum et stabile futuris temporibus permaneat, hanc presentem cartam eidem Symoni fieri feci et sigilli mei communimine roboravi.

Actum anno M° CC° octogesimo secundo, mense octobris, in festo Beatorum Symonis et Jude.

Testibus [hiis] : Simone Le Carpentier ; Henrico Letelier ; Nicholao Godefroy ; Johanne de Bardou.....